Quelle: https://manuscripta.at/?ID=743
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

suas mittet et persequent. et tradent uos in synagogis. du
centes ad reges et presides, propter nomen meum. Ac si apte
dicat. Prius corda hominum. et post elementa turbant. ut
cum rerum ordo confundatur. ex qua iam retributione uenu
at demonstretur. Iam quando uis finis mundi ex ipso suo ordi
ne pendeat puerisque tam quosque inuenient. qui dig
ne ruinis illius opprimantur innotescat. et subdatur. Ducen
tes ad reges et presides. propter nomen meum. Contingent hec
nobis in testimonium. In testimonium uidelicet quorum. nisi
eorum qui aut persequendo mortes inferunt. aut uidendo
in imitantur. Mors quippe uisorum. bonis in adiutorium est.
malis in testimonium. ut inde pueri sine excusatione
pereant. unde electi exemplum capiunt ut uiuant. Sed
quia auditis tot terroribus. turbari poterant infirmo
rum corda. ideo consolatio adiungitur. cum protinus subinfertur.
Ponite ergo in cordibus uestris non premeditari. quem admo
dum respondeatis. Ego enim dabo uobis os et sapientiam. cui
non poterunt resistere et contra dicere omnes aduersa
ri uestri. Ac si apte membris suis infirmantibus dicat.
Nolite timere. nolite pertimescere. Uos ad certamen acce
ditis sed ego prior. Uos uerba editis. si ego sum qui loquor.
Sequitur. Trademini autem a parentibus. et fratribus. et cog
natis. et amicis. et morte ex uobis afficient. Minorem dolo
rem mala ingerunt. que ab extraneis inferuntur. plus ue
ro in nobis ea tormenta seuiunt. que ab illis patimur.
de quorum mentibus presumebamus. quia cum damno corpo
ris. mala nos cruciant amisse caritatis. Hinc enim qd